

riens conferebat primogenito, orans et impetrans illi, ut Deus illum suo favore, gratia et beneficiis committeret: quæ benedictio efficax erat, ideoque magni fiebat, ut patet in Jacob, qui hanc benedictionem surripuit Esau frementi et frendenti.

Esau vendens primogenituram peccavit simonia et gula. Dico ergo: Esau vendens totum jus primogeniturse, scilicet tam spirituale, quam temporale, peccavit primo simonia, perinde atque illi, qui jam sua sacerdotia et Beneficia vendunt, simoniaci sunt, quia vendunt jus spirituale pretio temporali. Hac enim de causa vocatur Esau hic ab Apostolo « profanus, » quod venationibus, conviviis, deliciis assuetus, neglexerit et parvipenderit sacerdotium et benedictionem paternam, eaque vendiderit et profanarit. Ad benedictionem enim paternam respicere hic Apostolum, patet vers. seq. cum ait: « Postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatum est. » Secundo, peccavit gula, quia rem tantam atque erat primogenitura, tam vili esca vendidit.

Dices: Genes. xxy, 22, videtur dici, quod Esau extrema famis necessitate coactus, vendiderit primogenita; ait enim: « En morior; » ergo non peccavit gula. Respondeo: Cum ait, « en morior, » necessitatem suæ gulæ prelexit; nam non est dubium in tam divite Isaaci domo panes aliosque cibos facile habere potuisse, quibus famem exsaliaret. Frangam ergo et cupiditas lentis, quam coxerat Jacob, eum rapuit, itaque dementavit, ut, nisi illa frueretur, moriturum se diceret, ut recte ibidem annotavit Cajetanus et Pererius. Id ipsum confirmat, quod ait Moses Genes. xxy, vers. ult. dicens de Esau: « Et sic accepto panis et lentis edulio comedit, et bibit, et abiit, parvipendens quod primogenita vendidisset. » Quæ verba significant eum non necessitate, sed contemptu vendidisse sua primogenita, quod ea parvipenderet.

Moraliter, de gula damnis vide S. Gregorium, lib. xxx Moral., cap. xxvii. Dico secundo, Jacob emendo primogenita Esau non peccavit. Primo, quia tantum intendit emere jus primogeniturse, quatenus per se tantum temporale est, et temporalia bona spectat: eatenus enim vendi et emi poterat hoc jus temporale pretio temporali. Licet enim annexum haberet jus spirituale, scilicet sacerdotii et benedictionis paternæ, tamen hoc secundarium et accessorium erat apud alias gentes; imo apud Christianos et Judæos jus primogeniturse non habuit annexum jus sacerdotii. Poterat ergo jus illud secundum se vendi in lege nature, licet annexum haberet jus sacerdotii: illud enim censebatur non vendi, sed sequi tanquam accessorium suum principale, presertim cum quis hæc ita mente scerneret, et eo modo hæc vendere aut emere intenderet, intendens scilicet emere principale jus primogeniturse, non accessorium, licet sciret illud annexum esse et sequi suum jus principale, cum eoque ransire ad emptorem: sicut vendi et emi potest

etiamnum ager, cui annexum est jus patronatus ad hoc illudve Beneficium Ecclesiasticum: tum enim non venditur jus patronatus, sed ager cui hoc jus annexum est; ita scilicet, ut ager per venditionem transeunt, necessarium est, ut hoc jus agri annexum transeat ad emptorem. Ita de Jacob et Esau sentit et docet inter alios Aloisius Lipomanus in Genes. xxy, 33.

Dices: Videtur Jacob peccasse, si non simonia, saltem injustitia, quod rem tanti pretii, utque est primogenitura, tam vili esca emerit. Respondeo, volenti et scienti, remque suam prodigenti, non fieri injuriam: Esau autem sciens et volens tam vili primogenita sua vendidit et prodegit, quia ea contempsit et parvi aestimavit.

Secundo, non peccavit Jacob emendo jus primogenitura, quia sciebat (indicante illi matrem Rebecca, ut satis colligitur Genes. xxvii, 43 et 44) jus hoc ex Dei decreto et dono ad se pertinere: unde et mox vers. 17, matris se ad benedictionem fratri Esau præcipiendam insiganti, securus et lætus obedivit. Non ergo emit Jacob hoc jus, sed illud tanquam suum, sibi quæ debitum aslu ab injusto possessore specie venditionis extorsit. Vide Cajetanum, II II, Quest. C, art. 4.

17. SCITOTE QUONIAM ET POSTEA CUPIENS HEREDITARE BENEDITIONEM, REPROBATUS EST. — id est, rejectum fuit a sua petitione et benedictione paternæ, quam cupiebat et petebat a patre Isaac, cum scilicet ipse dixit Esau: « Benedixite ei (Jacob), et erit benedictus: et tibi post hæc, fili mi, ultra quid faciam? » Ita Anselmus et Theophylactus, qui tamen secundo, addunt proprie a Deo per patrem Isaac fuisse Esau reprobatum, ideoque damnatum. Sed nil tale innuit Scriptura Genes. xxvii, tantum enim significat Esau « reprobatum, » id est, rejectum fuisse a benedictione paternæ. Proscitote græce est scire, quod tam, scilicet, uti veritè Erasmus, quam scitote, veritè potest.

NON ENIM INVENTI PENITENTIE LOCUM. — Penitentia hic non significat dolorem ob peccatum commissum et Deum offensum, hunc enim non habuit Esau: nam superbia tumens et indignans voluit fratrem occidere et peccatum peccato addere, ut notant Theodoretus, Theophylactus, Anselmus et alii. Recte enim dixit Isaias Abbas: « Sicut terra sine aqua et semine ferre nequit fruges, ita non penitens quis potest sine humilitate et carnis afflictione. » Perperam ergo hoc loco Novatiani tollere voluerunt penitentiam, qua Ecclesie Deoque reconciliamur. Penitentia enim quam quesivit Esau, nec invenit, humana fuit, quia scilicet quis penitens facti, v. g. venditionis factæ, eam rescindere et retractare cupit. Itaque paravis, id est penitentia, hic improprie sumitur pro *paralyticia*, id est, penitentia nec peccati, sed damni, quod quis fecit, vel incurrit, quia scilicet Esau postea re melius considerata, cum non futuram, sed presentem jam benedictionem et primogenituram cerneret, magni illam aestimans,

Licet
Esau
non
peccavit
quia
tantum
intendit
emere
jus
primogeniturse
temporale
et
temporalia
bona
spectat

Jacob
emendo
tam
vili
esca
jus
primogeniturse
non
peccavit
quia
sciebat
quod
rem
tanti
pretii
et
quæ
erat
primogenitura
tam
vili
esca
emerit

Esau
non
peccavit
quia
sciebat
quod
rem
tanti
pretii
et
quæ
erat
primogenitura
tam
vili
esca
emerit

Esau
non
peccavit
quia
sciebat
quod
rem
tanti
pretii
et
quæ
erat
primogenitura
tam
vili
esca
emerit

Esau
non
peccavit
quia
sciebat
quod
rem
tanti
pretii
et
quæ
erat
primogenitura
tam
vili
esca
emerit

Esau
non
peccavit
quia
sciebat
quod
rem
tanti
pretii
et
quæ
erat
primogenitura
tam
vili
esca
emerit

penituit et doluit, quod sua culpa et profana stultaque venditione, rem tantam amisisset, desiderans eandem rem reparare, sed frustra.

Alii, ut Gabriel Vasquez, subtiliter et probabiliter sententiam Isaac, non Esau accipiunt, q. d. Paulus: Esau suis lacrymis efflicere non potuit, ut patrem Isaac facti pœniteret, scilicet, ut benedictionem datam Jacobo, revocaret ad Esau primogenitum. Dat enim Paulus hanc causam, cur Esau postea (id est post venditionem primogeniturse) cupiens hereditare benedictionem, reprobatum sit, quia scilicet pater Isaac nolens penitere, id est, retractare benedictionem suam datam Jacobo, ab ea reprobatum et repulit Esau. Imperite ergo Lutherus hanc epistolam ad Hebræos a canone sacrorum librorum expunxit et proscrispsit, hoc argumento, quod ipsa hoc loco penitentiam peccatis et peccatoribus, puta Esau, adimeret.

Nota: Hisce verbis Paulus tangit Hebræos, q. d. Nolite profanare et abjicere Dei fidem et gratiam, ne forte cam, ut Esau, recuperare non possitis, fatiscite reprobri. Ubi advertet, non per omnia similem esse causam Esau et Hebræorum. Nam Esau absolute non potuit, utpote Deo nolente, recipere benedictionem paternam amissam; nos tamen in hac vita, fidem et gratiam Dei deperditam, absolute possumus semper recipere: dicimus tamen subinde non posse, quia vix et ægre eam recipere possumus, v. g. cum fidem ipsam, et agniti omnis boni fundamentum est, abjicimus, et agnitam veritatem sponte deserimus, contemnimus et impugnamus. Tunc enim sponte cor nostrum in malo obduramus, omnemque Dei influxum et gratiam avertimus atque excludimus.

QUANQUAM CUM LACRYMIS INQUISISSET EAM. — «Eam,» supple non penitentiam, sed benedictionem: quanquam, etiam cum Syro penitentiam supples, non favebis Novatians. Penitentia enim hæc Esau non fuit peccati et gratiæ Dei deperditæ, sed benedictionis paternæ et primogeniturse amissæ, ut dixi. Adde, si penitentiam non Esau, sed Isaaci hic accipias, simpliciter verum est, quod Esau hanc patris penitentiam et benedictionis retractationem cum lacrymis inquisierit, sed frustra.

18. NON ENIM ACCESSISTIS AD TRACTABLEM MONTEM. — Pergit Hebræos hortari et stimulare novo aculeo et argumento, ut fidem et gratiam Christi non abjiciant, sed in ea constanter persistent et pergant. Argumentum hoc petit a Mose et lege veteri, quam nemo impune abjicere et violare potuit: inde enim inferit: Quis ergo impune abjiciet Christum, Christiane gratiam et legem, quæ Mosaicæ lege prestantior est (1)?

Nota: « Tractabilem montem » vocat Sina, qui tangi, tractari et palpari poterat; in quo legem vete-

(1) Quanto enim doctrina Evangelicæ cum suis promissis præstat legi Mosis, tanto damnableior est ejus con-

rem accepit Moses et Hebræi, promulgante angelo, q. d. Non accessistis ad Sina corporeum et terrestrem montem, sed ad Ecclesiam Christi, quæ Ecclesiam est spiritualis et cælestis. Alii per antiphrasim Sina putant dici « tractabilem, » id est intracabilem, quia jussu erat Deus Exodi xix, 12, ut Hebræi ad radices montis Sina conlaterent, ipsum vero montem non tangerent, nec conscenderent. Sed prior sensus proprius est et genuinus (2).

ACCENSIBILEM (ita legendum cum Romanis et Græcis, non autem *accessibilem*, uti aliqui legunt) **IGNEM.** — « Accensibilem, » id est accensum, vel incensum vocat ignem corporeum, quo ardebat Sina, cum in eo data fuit lex vetus, qui accendi et extinguiri poterat. Ignis hic ingens et terribilis erat, adeo ut Moses, Deuter. iv, 11, dicat montem Sina arsisse usque ad cælum. Huic opponit Paulus ignem spiritualem charitatis et gratiæ Spiritus Sancti, qui datus fuit Apostolis in Pentecoste, quique datur Christianis in baptismo alisque Sacramentis.

ET TURBINEM, ET CALIGINEM, ET PROCELLAM. — « Turbinem » vocat ventum vehementem et impetuosum; « caliginem » vocat nubem densissimam, quæ Sina operiebat; « procellam » vocat tonitrua, fulgura, et undique circumcinctas lampades, titidem et pluvias. Hæc enim existit cum terremotum in Sina, cum ibi data est lex vetus, docet Josephus, et Psalm. lxxvii, 9: « Terra, inquit, mota est, cæli distillaverunt, » licet id enim exprimit Moses Exodi xix, 18, de Sina quæ de fornace accensa fumum ascendisse terribilem: unde videtur quod, sicut in fornace partim flamma et ignis ardens, partim fumus nequam accensus conspiciatur: ita quoque angelus vice Dei ignem et fumum in Sina produxit, sive ex aere vicino, sive ex fumosa quapiam materia (v. g. sulphure) quæ ignem facile concipit.

19. ET TUBE SONUM, ET VOCEN VERBORUM. — Vers. 19. Est hendiady: tube enim sonus non erat aliud quam vox verborum. Voce enim tubali sua verba, id est, præcepta decalogi per angelum proclamabat ex Sina coram Hebræis Deus optimus maximus. Tunc erat fragor clangentis hujus tube, sive buccinæ, ut humane vix ferrent aures. Omnia hæc eo spectabant, ut metum et religionem Dei, divinaque legis Hebræis inculcerent, utque

temptas. Quod ut ostendat Paulus, modum primo enarrat datæ ac promulgatæ legis; postea, ut affectus fuit quoniam populus, tum Moses. Potest etiam locus hic cum precedenti connecti sic: Caveate vobis ne deficiatis a fide Christiana; qui enim deficiat, non amittit bona multo prestantiora his quæ amittit Esau cum posteris, exclusus a populo Dei. Nobis Christianis patet aditus ad Deum et cælum; v. g. Mosaicum Dei non tenebat propius accedere ad Deum. Lex Mosaica est severa, terrorem incutiens; religio Christiana est mitis, animum tranquillans.

(2) Alii *tractabilem* vertunt, non *tractabilem*, sed *tractam*, igne scilicet, ut Latini sæpe dicunt, *fulmine tactum*.

tractabile
est
opus
Ecclesie

Lex
Mosaica
data cum
fulgure,
tonitru
et pro
cella.

Fractis
antibus
alibus op-
ponatur
typico
promul-
gatio
legis
novæ et
veteris.

hoc Dei et divina vindictæ terrore eos ad legis custodiam adigerent.

Allegorie, promulgatio hæc veteris significabat promulgationem legis novæ in Pentecoste. « Ultra » enim facta est quinquagesimo die a paschate, ita in Sion, hæc in Sion: ibi terræ motu contremuit mons, hic domus Apostolorum: ibi inter flammam ignium et micantia fulgura turbo tentorium et fragor tonitruorum personuit, hic eum ignearum visione linguarum sonitus patitur de cælo tanquam spiritus vehementis adventit: B) clangor buccina legis verba perstrepuit, hic Misa Evangelica Apostolorum ore insonuit. » Ita Hieronymus ad *Hebræos*, et ex eo Ven. Beda in *Hom. vigilia Pentecostes*. Idem insinuat Apostolus hic, vers. 22.

QUAM (vocein tube) QUI AUDIERUNT, EXCUSAV-
ERUNT SE, NE RUIS FIERET VERBUM. — Timore enim
mortis periculis Iudei dixerunt Mosi: « Loquere
tu nobis, et audiemus: non loquatur nobis Dom-
inus, ne forte moriamur. » *Exodi* xx, 19.

20. NON ENIM PORTABANT QUOD DICEBATUR. —
Græce *ἡ ἀκαταστάσιον*, id est, quod distinguebatur,
hoc est, quod distincte præcipiebatur. Sic *Psalm.*
cv, 33, dicitur: « Distinxit (id est distincte dixit)
in labiis suis. » Hoc autem quod dicebatur, est id
quod subdit Apostolus:

Accessu
montis
Sina sub
pona
mortis
prohibiti
Iudæi:

ET SI BESTIA TETIGERIT MONTEM, LAPIDABITUR. —
q. d. Non ferebant Hebræi terrorem et terribilia
signa Dei jam dicta, que eis dans legem exhibuit
in Sina, maxime eum aditum et contactum montis
Sina, quasi si foret tribunal Dei terribilis, sub
pona mortis eis, imo bestiam, inhiuit, dicens:
« Elsi » græce *εἰ*, id est etiamsi, « bestia sit, que
tetigerit montem, lapidetur, » q. d. Non tantum
homo tangens Sina montem, sed et iumentum
tangens Sina, lapidetur. Citat verba Dei *Exodi* xix,
12, que sic se habent: « Cavete ne ascendatis in
montem, aut tangatis fines illius: omnis qui tegerit
montem, morte moriatur; manus non tanget
eum (quasi scellus, catharta et piaculum), sed
lapidibus opprimetur, aut confodiatur jaculis,
sive iumentum fuerit, sive homo, non vivet. »

Tropologicæ, S. Gregorius, lib. VI *Moral.*, xxvii:
« Bestia, inquit, montem tangit, cum mens irrationabilibus desideris subdita, ad contemplationis
alta se erigit: sed lapidibus percutitur, quia
summa non sustinet, ipsis superni ponderis ic-
tibus necatur. »

21. ET ITA TERRIBILE ERAT QUOD VIDEBATUR. MOY-
SES DIXIT: EXTERRITUS SUM ET TREMBUNDUS. —
Chrysostomus eum suis hæc omnia in unam senten-
tiam connectit, q. d. Ita terribilis erat Deus in
prodigijs Sina, ut Moses ipse constantissimus et
assuetus divinis prodigijs dixerit: « Exterritus
sum. » Verum: ne dicendum erat, ut Moses diceret
vel dixerit; non autem, « Moses dixit. » Melius
ergo nonnulla hæc, puncto posito inter *videbatur*
et *Moses*, disjungunt, q. d. Atque ita
cum populis et iumenta Dei jussu accerentur

monte Sina, admodum terribile erat omne id,
quod in hoc monte a Deo gerebatur et videba-
tur populo. Hinc Moses, licet Deo familiaris, pe-
culsus tamen dixit: « Exterritus sum. »

Pro « quod videbatur, » græce est *ὁραζόμενον*,
Erasmus verit, quod apparebat: Vatablus, visum,
quod videri videbatur. Verum hoc sensu hæc pro-
digia Sina non fuissent vera et realia, sed tan-
tum apparentia et phantastica, qualia sunt que
fiunt per prestigias magorum.

Melius ergo Theodoretus *ὁραζόμενον* intelligit
id quod revera erat, apparebat et videbatur ex-
terius, cum interius auclor et opifex eorum Deus
legislator non appareret nec videretur. Deus enim
revera presens hisce prodigijs aderat, non tamen
in iis apparebat, sed sue majestatis umbram,
speciem et apparentiam, quamdam per hæc signa
et prodigia tam terribilia exterius oculis Hebræo-
rum exhibebat. Sic *Genes.* apud Philosophos
vocatur cometa, halones alique meteora, que
revera quidem sunt et apparent, sed ita ut oc-
cultis eorum generatio, natura et ratio vulgo sit
incognita.

MOSES DIXIT: EXTERRITUS SUM ET TREMBUNDUS. —
Moses id dixit, non cum data est lex, sed cum
videret rubum ardentem, *Exodi* iii, inquit S. Tho-
mas et Lyranus. Sed hoc impertinens est huic
loco: nec enim loquitur Apostolus de signis
rubi ardentis, sed data legis, *Exodi* xix. Licet
enim ibi hoc se dixisse non expresserit nec scrip-
serit Moses, supplet tamen id hic Paulus, vel ex
traditione, vel ex instinctu et revelatione Spiritus
Sancti. Pari enim modo turbines, terræ motum
et pluvias subiecit ibidem Moses, que supplet
hic Paulus, ut dixi vers. 18. Ita Chrysostomus cum
suis.

Supple-
vit hic
aliqua
Paulus,
que in
Exodo
Moses
omiserat.

22. SED ACCESSISTIS AD SION MONTEN, ET CIVITATEM
DEI VIVENTIS, JERUSALEM COELESTEM. — Opponit hic
Apostolus Christianos Iudæis, Sion Sina monti,
Jerusalem coelestem terrestri, id est, Ecclesiam
Synagogæ; docetque quanto Christiana lex, fides
et spes altior sit et sublimior Judaica et Mosæica
lege, ut videant Hebræi quam in ea firmi et con-
stantes esse debeant: ita scilicet, ut malini omnia
dura perpeti, quam ejus jacturam facere. Si enim
Iudæi legem in Sina datam violantes puniti sunt,
multo gravius punientur Christiani, qui fidem et
gratiam Christi abiciunt. Ita enim hoc argumen-
tum deducit Apostolus vers. 23.

Nota: Per *Sion* intelligit Ecclesiam Christi, quia
in Sion, puta in templo, quod erat in Sion, doctus
Christus. Rursum, in Sion promulgata est lex
nova, descenditque in Apostolos Spiritus Sanctus
specie linguarum ignearum in Pentecoste. Eccle-
sia ergo dicitur Sion, quia cepit in Sion: hinc
ab Isaiâ, Davide et prophetis sæpe, vocatur Sion.

Nota secundo: Per *Sion* intelligit Ecclesiam, tum
terrestrem et militantem, tum potius coelestem et
triumphantem, q. d. Accessistis per fidem et spem
ad Ecclesiam coelestem et triumphantem; nam

Ecclesia hæc in terris tendit, roctaque nos ducit
ad triumphantem, adeoque una et eadem est Ec-
clesia et societas fidelium hic in terris militantium,
et in cælis triumphantium. Quod enim potius lo-
quitur Apostolus de Ecclesia triumphanti, quam
militante, patet ex eo, quod dicit « nos accessisse
ad multorum millium angelorum frequentiam,
et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in
cælis, et spiritus sanctorum perfectorum. » Hi enim
angeli et spiritus sunt in Ecclesia non militantes,
sed triumphantes.

Rursum, quia triumphans Ecclesia, utpote in-
visibilis, opponitur melius Sina monti tractabili
et visibili, quam militans: nam militans Ecclesia
tractabilis quoque est et visibilis.

Tertio, quia hæc Ecclesia vocat civitatem
Dei viventis, in qua scilicet regnat Deus vivens et
æternus, suosque quæ beata immortalitate donat
et glorificat. Eandem vocat Jerusalem coelestem,
quam scilicet præfiguravit Jerusalem terrestri,
in qua Deus regnabat per Davidem in populo, et
per pontifices in templo: hæc enim aliaque plura
melius competunt Ecclesie triumphanti, quam
militanti. Unde Theophylactus et Oecumenius per
Sion cælum accipiunt.

Hanc Jerusalem spectabant duodecim Martyres,
dum eum Pamphilus presbytero martyro corona-
rentur. Unde unus ex iis rogatus, cujas esset,
respondit: « Jerusalem est mea patria. » Firmi-
lianus prefectus cum torquens, rogavit, quemnam
et ubinam esset illa civitas? Martyr respondit,
« eam plerum solum esse patriam, neque aliamque,
preter hos solos, ejus fore participes; illamque
ad Orientem, ubi sol primo mane radios suos
fundit, sitam esse. » Nil aliud a constanti juvene
Prefectus obtinuit: unde eum securi percussit
Ista Eusebius, lib. VIII *Histor.*, cap. xxi.

ET MULTORUM MILLIUM ANGELOREM FREQUENTIAM.
— Pro *frequentiam* græce est *παροικία*; id est so-
lemnem conventum et celebritatem, qualis est in
festis, in ludis publicis, in triumphis, ubi omnia
plena sunt pompa, decore, gaudio, magnificentia,
q. d. Non accessistis ad Sina, ut ibi fulgeritis
et tonitruis percellamini: sed ad Sion et Jerusa-
lem coelestem, ut ibi cum myriadibus angelorum
letos dies ac festos agatis in omni felicitate, glo-
ria, gaudio, júbilo et triumpho. Agite ergo, mo-
dicum, o Hebræi, tolerat, modicum certate, brevi
ad festa hæc et triumphos cum angelis transi-
turi. Prædite hic inter hostes pugnantem, mox in cælo
cum Deo creaturam triumphantem (1).

23. ET ECCLESIA S. PAMPHILO. QUI CONSCRIPTI

Publica
et festiva
causibus
laudis et
pompe.

(1) Hodiernæ plerique, veterum codicum et ver-
sionum auctoritate ducti, aliter legunt et interpretantur,
scilicet *παροικία* *παροικία* *καὶ* *καθηκόντων* *ἀποστόλων*,
id est, *ἐκκλησία* *καθηκόντων* *ἀποστόλων*, et quæ sequuntur, in appositione
posita sine declarationi causa, sive descriptionis lustræ
adjecta. Hæc enim verba sic legit, xxi *παροικία* *ἀποστόλων* *κα-*
θηκόντων, ut *ἐκκλησία* *παροικία*, non omne quod præcedit,
sed vocem tantum *παροικία* declarat.

Sunt in cælis. — « Ecclesie primitivæ » et, ut
græce est, *ἀρχαίας*, id est primogenitæ, vocal
Apostolos, primosque fideles et martyres, jam
vita functos, qui non tantum per *l. c.* destinati-
onem, sed actu et re ipsa jam conscripti sunt,
afflicte civis ecclesie Jerusalem, q. d. Videte
Stephanum, videte Jacobum, videte Apostolos et
Martyres, qui pro Christi fide usque ad mortem
deceperunt, sanguinemque et vitæ profunde-
runt: modo in cælis coronantur, et palmis pul-
cherrimas accipiunt. Hosce intuemini: nosce vi-
distis, novistis, spectastis. Hi jam vos imitantur
ex alto, ut pro fide pariter generose deceantur, hæc
que brevi in cælis cum eis coronemini: ex regnis
in eternum. Audi S. Bernardum, serm. De *Tri-
plici genere operum*: « Jam, inquit, nunc trans-
eundum est ad Sanctorum animas, que de hujus
mortalitatis carcere ad cælorum gaudia volave-
runt. His profecto debemus imitationem: quia
similes fere nobis passibiles, et nolat nobis fo-
derunt vias vite, quas tam infatigabiliter, quam
interminabiliter tenuerunt. » Et inferior: « ita ergo
et sanitatem corpori, puritatem cordi, pacem fra-
tri, imitationem sanctis, compassionem mortuis
debemus: æmulationem ab angelo, pietatem a Deo
postulemus. »

ET IUDÆUM OMNIUM DEUM. — q. d. Per fidem accessistis
ad Deum, qui est iudex omnium, qui
per Christum iudicaturus est vivos et mortuos,
quique vestris fidei et patientie premia ingentia,
perseverationibus vestris supplicia horrenda retribu-
et. Exulte ergo desiderium et oscitantiam, stren-
ue agite: iudex adest.

ET SPIRITUS JUSTORUM PERFECTORUM. — Græce
πνεύματα δικαίων, quod Maldonatus in *Notis manus.*
vertit, *defunctorum*. Mors enim est *δικαίω*, id est
finis viventium, et *δικαίων* est perfectio et con-
summatio cursus Sanctorum. Intelligit animas
Patriarcharum, Prophetarum et Sanctorum vete-
ris Testamenti, quos cap. xi per fidem mira ges-
sisse et tolerasse docuit, sed ante Christum et
nos non fuisse consummatos, id est, non accep-
tasse beatitudinem et gloriam: hic vero jam post
Christum eodem perfectos sive consummatos in
gloria esse dicit, q. d. Cum sanctis purissimis et
beatissimis Angelis, Patriarchis, Apostolis, Mar-
tyribus et justis omnibus ante nos et Christum
vita functis, jam perfectis, id est, beata Dei ve-
sione fruentibus, nobis est societas, quia eun-
dem omnes Ecclesie Dei sumus membra, *αὐτῶν*
caput est Christus, tum qua Deus, tum qua homo,
ut dixi ad *Epistol.* i, 22. Ad illos ergo iheronymus
felicitatem et gloriam vocantur: illi et cælo suas
quas jam possident, et nostras quæ paratas lau-
dibus nobis ostentant. Quis hic querat quis trepi-
det? quis certamen detrahet? quis ab his apostol-
et? imo vero quis non his iungi, hosce sequi,
cum hisce modica parte exoptet? cum sciat se
brevi cum eis pariter coronandum et beatandum.

24. ET TESTAMENTI NOVI MEDIATOREM JESUM. —

Portator
Hebræos
Paulus
omnibus
Marty-
rum res-
cuscitatio
Ecclesie.

Post
Christum
iusti et
sancti
cum
consum-
mati et
perfecti
in gloria.

Est occupatio, q. d. Ne dicatis, o Hebraei: Ampla promittitur, o Paule, sed quis nos in caelum ad gloriam... angelorum et Sanctorum deducet? quis viam docebit? quis caelum aperiet? quis bona nobis largietur? Ne, inquam, haec dicatis: accessistis enim non ad Mosem, qui bona terre Chanaan... qui veteri suo Testamento promisit, per se prestare non potuit; sed ad Christum, qui bona caelestia, quae ipse novo suo Testamento promisit, re ipsa praestat, conciliat et exhibet. Ideo enim dicitur novi Testamenti mediator, ut docuit Apostolus cap. ix, 13.

ET SANGUINIS ASPERSIONEM. — Id est, sanguinem Christi super nos effusum et aspersum. Unde Syrus et Graeca jam habent, και αιματι πανταγιστα, id est, et sanguinem aspersionis, qui scilicet aspergitur, ad hoc, ut a peccatis abluamur et emundemur, q. d. Ne titubetis, ne dicatis: In caelum quidem via per Christum patet, sed peccatores sumus, ideoque caelo excludemur; nam Christus, uti caelum aperuit, ita et sanguine suo peccata nostra explat, nosque sanctificat. Si ergo peccastis, ad Christum accedite, Christi sacramenta suscipite, ipse iis vos abluit in sanguine suo, planeque purus et sanctos efficit, ut recta in caelum tendatis.

MELIUS LOQUENTEM QUAM ABEL. — Pro melius graece est κρηττον; sed Vatablus, Erasmus et alii legunt κρηττοτα, id est meliora, utiliora, praestantiora.

Nota: Pro quam Abel, in Graeco duplex est lectio: quidam enim legunt απα το Αβελ, et subadiant αιμα, quod praecessit, id est sanguis; ut το quam Abel, idem sit, quod quam Abelis, scilicet sanguis, q. d. Melius vel meliora loquitur sanguis Christi, quam sanguis Abelis: quia sanguis Abelis clamat vindictam, Genes. iv, 10, sanguis vero Christi clamat misericordiam, gratiam et remissionem peccatorum. Ita ex Cyrillo et Chrysostomo Theophylactus et Eusebius.

Secundo, alii codices, ut Regii, legunt απα το Αβελ, id est, quam ipse Abel, q. d. Sanguis Christi melius loquitur, quam ipse Abel loquatur (dixerat enim Apostolus cap. xi, vers. 4, ipsum Abel defunctum adhuc loqui), quia scilicet sanguinis Christi memoria magis nos excitat ad imitationem suae fidei et constantiae, quam ipse occisus Abel nos excitat. Vide dicta cap. xi, 4.

Utraque lectio et sensus commodus est et appositus, prior tamen communior est, sapidior, sapientior et germanior; plane enim videtur respicere Apostolus ad illud Genes. iv: «Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra,» atque comparat sanguinem Christi cum sanguine Abelis; ait enim: «Sanguinis (Christi) aspersionem melius loquentem, quam Abel,» id est Abelis, scilicet sanguis. Nec enim recte sanguis Christi cum persona Abelis comparatur.

25. VIDETE NE RECUSETIS LOQUENTEM. — Non «sanguinem Christi melius loquentem quam Abel,» ut dixit vers. 24: και κρηττοτα enim, id est lo-

quentem, est masculinum, cum αιμα, id est sanguinem, sit neutrum; sed «loquentem,» scilicet Christum ipsum, qui, ut sequitur, «caelis loquitur nobis.

SI ENIM ILLI (Iudei) NON EFFUGIANT (supplicium) RECUSANTES EUM QUI SUPER TERRAM LOQUENTUR. — Mosen scilicet, cum Exodi xxxii, 1, dixit ad Aaron: «Fac nobis deos, qui praecedant nos: Moysi enim huic viro, qui nos «luxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit;» qua de causa Dei jussu cesa sunt viginti tria millia Iudeorum, Exodi xxxii, 28.

MULTO MAGIS NOS (non effugiemus supplicium) QUI DE COELIS LOQUENTEM NOBIS AVERTIMUS, — qui scilicet aversamur et repellimus Deum, et hominem, qui et caelo locutus est nobis, cum post ascensionem suam, legem Evangelicam promulgavit in Sion in Pent. voste, et e caelo misit Spiritum Sanctum, specie Iliagarum ignearum in Apostolos; quique indies et caelo loquitur nobis, tum exterius per Paulum aliosque predicatorum a se missos, edoctos et illuminatos; tum interius per sanctas inspirationes.

Graeca jam non habent το loquentem, sed tantum τον απο το ουρανο, id est, eum qui e caelis est, et e caelis descendit in terram, ut vos doceret. Verum Syrus, Chrysostomus, Theophylactus et Eusebius vel legunt, vel subintelligunt το loquentem; habetque emphasisim: magna enim energia dicitur: Videle ne a Christo ad Mosem, a christianismo ad iudaismum redeatis, quia Moses in terra, puta e Sina, dedit suam legem, Christum vero legem Evangelicam eloquitur et docet e caelo; Moses terrestres, Christus caelestis est legislator et doctor.

26. CURUS VOX MOVIT TERRAM TUNC. — «Cujus,» scilicet Christi, qua Deus est, «vox tunc,» cum scilicet voce tubali legem dedit in Sina, «movit terram,» per terremotum, quo Sina montem concussit, Psalm. lxxvii, q. d. Videte ne recusetis Christum loquentem, quia Christus potentissimus est legislator, iudex et vindex: Christus enim per suos angelos dans legem in Sina, eundem ingenti fragore concussit; jam vero in lege nova, non tantum Sina, aut globum terrae, sed et caelos ipsos commoturus se reponit: timete ergo Christi loquentis, legemque suam promulgantis potentiam et vindictam.

NUNC AUTEM REPRIMITIT DICENS: ADHUC SEMEL, ET EGO MOVEBO NON SOLEM TERRAM, SED ET COELEM, — «Nunc,» scilicet tempore Aggaei prophetae, per ipsummet Aggaeum Christus reprimitit, quod adhuc semel, non solum Sina et terram, sed et caelum commovebit, puta per seipsam, cum carnem humanam assument, fietque homo. Verba Aggaei cap. ii, sunt ista: «Adhuc vtrum modicum est, et ego commovebo caelum et terram, et mare, et aridam; et movebo omnes gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus.» In quibus nota primo, Aggaeum loqui de primo

Sanguis Abel clamat vindictam: Sanguis Christi misericordiam.

Christi, amplius ter nobis loquitur, interius et exterius.

Potentia et vindicta Christi, quod dicitur in Genes. ix, 25.

Messe adventu in carnem et mundum, non autem de secundo eius adventu ad iudicium. Ita S. Hieronymus ibidem, Cyrillus, lib. V in Genes., et Augustinus, lib. XVIII De Civit., cap. xxxv, imo Apostolus hic.

Secundo «modicum» tempus vocat quingentos annos, qui ab hac Aggaei propheta fluxerunt usque ad Christum, quia Prophetis lumine divino illustratis, et ad Deum Deique eternitatem elevatis, omne tempus illi comparatum breve videtur et exile. Sic S. Joannes, epist. I, cap. ii, vers. 18, tempus legis novae vocat «horam novissimam.»

Tertio, pro modicum Septuaginta et ex iis Paulus vertunt, ακαθ, id est semel; utrumque enim significat Hebraeo חמרת achat, et utrumque huius Prophetae loco convenit: cum enim ait, «adhuc semel,» significat hanc commotionem faciendam a Christo in lege nova fore secundam et ultimam, q. d. Prima commotio terrae facta est in prima lege veteri, data in Sina; secunda et ultima fiet in secunda et ultima lege Christi, quae immobilis erit et aeterna, cuique nulla lex alia succedet.

Quarto, pro commovebo hebraice est מריש marisch, quod non solum commovere, sed et tremefacere, pavorem et trepidationem inducere significat. Septuaginta et ex iis Paulus vertunt, κτα, id est concutit, scilicet partim terram et caelum, partim ipsas gentes.

Quinto, «desideratus cunctis gentibus,» vel, ut hebraice est, חמרת כל הגוים chemat col haggoyim, id est, desiderium omnium gentium, est Christus: licet enim gentes, quandi gentes et infideles erant, Christum non desiderarent, tamen Christus in se eis desiderabilis erat, utpote eorum salvator et redemptor, omnesque gentes, mox ut de Christi vita et miraculis per Apostolos inaudierunt, Christum desiderare ceperunt. Qua de causa Christus a Jacob patriarcha, Genes. xlix, 10 et 26, vocatur «expectatum gentium et desiderium collium eternorum,» id est desiderium Patriarcharum et Prophetarum priorum et antiquorum seculorum, qui ceteris hominibus, quasi colles in terra eminuerunt et praecelluerunt sua sapientia et sanctitate.

Quares, quando et quomodo commoverit et concussisset Deus caelum, elementa et gentes tempore Christi? Respondeo, «caelum» commovit, quando angeli Christo nato cecinerunt: Gloria in excelsis Deo; et quando novam stellam dedit Magis, quae eos duceret ad Christum. Aliis item pluribus prodigijs caelum commovit, quae circa natiuitatem Christi contigisse narrat Paulus Orosius, lib. vi H. stor., cap. xx, et Julius Obsequens, lib. De Praedigijs, cap. cxxviii et seq. Sic in passione Christi caelum commovit Deus, quando ipsimum solarem, et tenebras, luctumque tolli miraculose induxit.

Secundo, tempore Christi Deus commovit et mare

Quibus quando desideratus concutis gentibus?

Deus commovit caelum in nativitate et passione Christi.

et terram, » tum per praelia Augusti Caesaris cum Antonio, Lepido et gentibus exteris, terra marique gesta: tum in descriptione totius orbis, qua terra marique omnes ad suas urbes remeare sunt coacti, sequae praesidibus Romanis «sistere, ut describerentur, eique tributum penderent; tum denique in passione Christi, quando terra mota est, petrae scissae sunt, et monumentis apertis mortui resurrexerunt.

Tertio, omnes «gentes» commote et tremefacte sunt tempore Christi, quia ad praedicationem Christi et Apostolorum, salutari metu concussae, converterunt se ad Christi fidem, penitentiam, mutationem morum, gratiam et salutem.

Hunc Aggaei et Pauli locum enarrans, partim litteraliter, partim mystice et analogice Nazianzenus, orat. 5 De Theolog., cap. ii, ait in Scripturis triplicem audiri terremotum. Primus fuit ille, quo Hebraei in Sina Deo terrefacti et inducti sunt ad servandum legem. Secundus terremotus factus est terrenis Iudeis, quia Gentibus, cum hi ab idolis, illi a lege concessi et conversi sunt ad Evangelium. Tertius terremotus est, cum ab Ecclesia praesenti commovemur et transimus ad triumphantem, cumque a terra conscendimus in caelum (1).

27. QUOD AUTEM ADHUC SEMEL DICIT, DECLARAT MOBILIUM TRANSLATIONEM, TANQUAM FACTURUM, UT MANEANT HAEC SUNT IMMOBILIA. — Per «mobilia,» Theophylactus intelligit caelum, terram, mare et gentes, de quibus vers. praeced. dixit: «Ego movebo caelum et terram,» etc. Haec enim, utpote creata, «mobilia sunt,» id est, mutationi et corruptioni obnoxia, graece μετακτατα, id est instabilia, quae fluctuant, agitantur et concutuntur. Horum «mobiliu» in die iudicii et adventus Christi «fiet translatio,» id est immutatio «tanquam factorum,» id est tanquam rerum factiarum et condilarum ad tempus, quae natura et condicione sua intereunt, ut mutantur in res incorruptibiles, immobiles et aeternas, puta in caelum novum et terram novam, quae maneat in aeternum.

Verum melius et germanius per mobilia accipias tabernaculum Mosaicum, manufactum, arcam, Cherubim caeteraque tam vasa, quam sacra, sacrificia et ritus veteris legis; haec sunt mobilia, quia amota sunt per legem Christi quam Apostolus hic vocat immobilia: hoc enim est, quod paulo ante, imo tota penae epistola probat et inculcat Apostolus, q. d. Vox semel, quae utitur Ag-

Mobilia vocat Paulus sacra, et ritus veteris Testamenti.

(1) Vers. 26: «Magnas, inquit, ante haec feci mutationes; sed restat longe maior. Illa verba: commovebo caelum, terram, maria omnesque nationes, indicant: efficiam maximam orbis terrarum conversionem et revolutionem, sic ut omnes nationes ad Messiam veniant. Haec orbis terrarum conversio et revolutio effecta est per religionem Christianam, eisque in toto orbe propagationem.» Ita Rosenmuller ad h. l.

